

22. Jahresbericht des Städtischen Katholischen Gymnasiums zu Patschkau im Schuljahr 1892|93,

mit welchem
zu der am 28. März 1893 stattfindenden Schlussfeier
ganz ergebenst einladet

DR. F. A D A M,
Direktor.

-
1. Abhandlung des Oberlehrers Franz Gottschalk: *Senarius, qui vocatur, Terentianus comparatur cum trimetro Graecorum (comœdiae novae).*
 2. Schulnachrichten. Vom Direktor.

1893. Progr.-Nr 203.

PATSCHEKAU.
Druck von Ed. Hertwig.
1893.

Lebenserfahrung

Zurückgeworfen werden kann.

Fragestellung

Was ist die Zukunft?

Was ist der Sinn des Lebens?

Was ist das Leben?

Was ist die Zukunft?

Was ist das Leben?

Was ist der Sinn des Lebens?

Was ist das Leben?

Senarius, qui vocatur, Terentianus comparatur cum trimetro Graecorum (comoediae novae.)

Quamvis multi iam et docti viri de re metrica Terentii scripserint, pauca pro labore consumpto aut exspectatione leviora plerique confecerunt, neque id aliter fieri potuit. Nam in diiudicandis singulis artis metricae Terentianae partibus, quae adhuc tractatae sunt, pars auctorum ad solum Terentium spectabat, pars Terentium cum Plauto comparabat, quo factum est, ut illi fere nullo, hi non omni ex parte certo ac solido fundamento operis sui uterentur.

Quamquam sunt, qui ex (Terentianae artis cum) Plauti comparatione omnem salutem, omnem eventum — idque quibusdam in rebus, ut in grammaticis suo iure — sperent ac desiderent, tamen ne hanc quidem ita grave momentum ad illam (i. e. artem Terentianam) intellegendam afferre posse duae nos monent causae: et quod Plauti fabulae plurimis gravissimisque corruptelis adhuc inquinatae sunt, ut libris nondum ad pristinum restitutis nitorem, cui rei viri docti F. Ritschelio duce summa diligentia ac sagacitate operam dare coeperunt, omnis eiusmodi quaestio claudicet atque quodam modo titubet, et quia Plautus, qua fuit ingenii et acumine et ubertate adeo suo sibi consilio ac indicio usus est, ut magnopere cavendum sit, ne aliena et contraria confundantur, si ex huius ratione normam rationemque Terentii ponderare atque aestimare vis.¹⁾ Multo etiam magis alteram illam viam, quam plurimi sunt ingressi, in vastum atque inane ducere praefacte contendo, cum persuasum mihi sit Terentium, ut a verbis Graecorum vix recedere ausus sit, ita — abiectis difficultibus metris, quibus exprimendis vires suas non sufficere ipse sensit²⁾ — in versibus pangendis illorum vestigia serviliter pressisse atque servilius quidem, quam quisquam ad hoc tempus animadverterit aut in lucem provexerit. Itaque Terentii versus nec satis intellegi describique nec sanari posse mihi videntur, nisi diligentissime cum Graecis conferuntur, ad quorum exemplar sunt conficti. Qua sententia ductus denuo senarium Terentianum sub censam vocare non inutile existimabam; quaestio autem ipsa instituenda videbatur ita, ut Menandi ceterorumque novae, quae vulgo vocatur, comoediae atticae auctorum fragmenta ad comparationem arcesserentur. Qua via quid effici possit, ut ostendam, ceteris quaestionebus in praesens omissis satis habeo in caesurae Terentianae rationem et usum accurate inquirere.

¹⁾ Similiter censuit Conradt: Die metrische Komposition des Terenz Berl. 76, praef. p. III.

²⁾ Prave me quidem iudice ad principia quaedam elata atque ingeniosa spectases eum docet Conradt: de versuum Terentianorum structura Berol. MDCCCLXX, pag. 5.

A.

De comicorum atticorum caesura.

1. De caesuris ipsis.

Perscrutantibus autem nobis comicae poeseos atticae reliquias, quantum Theodori Kock¹⁾ opera ad corrigendas scripturae depravationes atque ad augendam fragmentorum collectorum copiam post Augusti Meineke castigationem contulerit, in dies magis apparet, ut ob eam iam causam Philemonis Diphilique fragmenta a Menandri disquisitione segreganda videantur. Quare iam, quae incidenti ratio ab illis duobus poetis observata sit, exponatur.

Atque ex horum reliquiis nongenti trimetri secundum editionem, quam modo laudavimus, perlustrati hanc sibi legem poetas imposuisse confirmant, ne ullus omnino versus caesura substitutus admitteretur; nam ex tanta copia non amplius tres trimetri sine iusta ac legitima incisione incedunt:

1. Philem. frg. 96,^s ὁδυνωμένονς, τῶν πλονσίων δὲ τον βίον

Etenim hic, quae adesse videtur, semiquinaria non adeat, siquidem ad caesuram mere rhythmicam conficiendam non hoc illove caedendi loco vocem aliquam terminari sufficit, sed graviori quadam pausa inter singulas versus partes intercedente rhythmi defluxum arte interrumpi necesse est,²⁾ contra quam legem, qui τῶν-articulum a nomine suo caesurae gratia seiungat, temere peccet. Sed infra ad hanc rem revertendum est.

2. — — 114,ⁱ. ὡς εὐφυὲς ζῶον κοχλίας, νὴ τὸν Αἰα

nisi forte quis hac, quam modo attulimus, causa neglecta post ζῶον caesura media versum iudicat incisum.

3. Diph. 64,ⁱ. τὸ δειπνάριον ἀνθηῷν ἥν, γλαγνῷν σφόδρα

Verum numerorum ratio [3 : 900], si non ipsa corruptelae indicium haberi debet, at certe angustissimis finibus hanc licentiam esse inclusam ostendit.

Reliqui autem trimetri ad unum omnes sunt incisi

aut semiquinaria	470
aut semiseptenaria	393 + 10 vide infra!
aut media id, est post tertium pedem absolutum	24,

unde perspicuum est semiquinariam vel, ut cum Graecis loquar, πενθημιμερῆ ceteris esse praelatam, proximam sedem concedi semiseptenariae vel quam grammatici graeci vocant ἔφθημιμερῆ, vicariae denique munere fungi caesuram medium, qua dissecantur versus in duas partes plus minusve inter se cohaerentes. Neque, quamquam notissimum est, priores illas caesuras haud raro esse coniunctas i. e. tertium trimetri quartumque pedem simul incidi silentio praetereamus, praesertim cum nonnunquam id ita se habeat, ut, utri palmam des, difficile sit ad dijudicandum. Atque cum, quid de versibus incisione aliqua in tripodias binas divisis statui debeat et quatenus caesurae mediae usus pertineat, summa inter viros doctos et fuerit et sit dubitatio atque lis, cui dirimendae ex suo sensu arbitrioque alii alia proposuerunt, iam ut, qua ratione Philemo Diphilusque usi sint, cognoscatur, ipsa exempla adscribere ac pensare nostrum esse videtur. Legis:

1. Philem. frg. 23,^s οἴει τι τῶν ἀλλων | διαφέρειν Θηρίων

2. — — 4,^s στῆσαι πριάμενόν τοι | γνναῖκας κατάτόπους

Ne reluctante verborum connexu semiquinaria versum incidi credideris, cum πριάμενόν τοι voces ut arta inclinatione conglutinatae neque ab histrione aliter atque ut sententiae consentaneum est pronunciari possint. Idem spectat ad sequentem locum:

¹⁾ Comicorum Atticorum fragmenta ed. Th. Kock; Lipsiae MDCCCLXXX vol. II. pg. 478 sq.; vol. III a. MDCCCLXXXVIII editum casu non nactus sum nisi abhinc duos menses maximam partem iam perfecta hac dissertatione.

²⁾ Facio igitur in caesura statuenda cum iis, quae simpliciter ideoque accommodate ad persuadendum disseruit Albertus Schmidt: De caesura media in Graecorum trimetro iambico, Bonnae MDCCCLXV p. 5.

3. Philem. 28,^s τοῖς περιπατοῦσί πον, | Δάχης, ἐν τῇ στοᾷ.
4. — 37,¹ πάντ' ἔστιν ἔξενδεῖν, | ἐὰν μὴ τὸν πόνον
5. — 64,² καὶ τεττάρων χαλκῶν | μετὰ ταῦτα. καὶ μάλα
6. — 65,¹ τὸ τῆς Ἀμαλθείας | δοκεῖ εἶναι κέρας
7. — 72,⁴ οὐτὲ ἀνδριάντος γάρ | καλῶς πεπλασμένου
8. — 88,⁹ ὕσπερ τὸ κατα χρέος | κεφάλαιον ἔκτινει
9. — 128,¹ ὃ γέρον, ἐπὰν ἵδης | γέροντα καὶ μόνον
10. — 160 ἀγαθή γάρ ἡ λύπη | καθ' ἀντῆς ἀναπλάσαι
11. — 173,¹ ζῶν γάρ ἀσκοῦ σαντῷ | στεφάνων καὶ μύρα
12. Diph. 19,^s οὐκ ἐκδραμεῖν λαβὼν | ταῦτι δώσεις τέ θμοί
13. — 32,¹⁰ ἐὰν δὲ μηδ' ὄντον | ἔχων ζῆ πολυτελῶς
14. — 33,^s αὐτῶν ἀπὸ τῆς τυψῆς | ἐκάστης ἥμέρας
15. — 43,¹¹ ὁψάριον ἀγοραῖον | ποιεῖν τις βούλεται
16. — 55,^s ἐκ τῆς ἀγορᾶς ὁρθὸν | βαδίζειν ὑπολάβοι
17. — 73,¹ ἀριστ' ἀπαλλάττεις | ἐπὶ τούτον τοῦ κύθου
18. — 79,¹ τράγημα, μυρτίδες | πλακοῦς, ἀμύγδαλα
19. — 87,^s κατὰ τὴν ὅδὸν πωλεῖν | περιπατῶν βούλομαι
20. — 94,^s τὰ δίκαια τοῦ κέρδονς | διὰ παντὸς δοῦλος εἰ
21. — 103,¹ ἰσχυρότερον κρίνω | τὸ χρονίον πολὺ.

Cui numero haud dubitanter adiungimus:

22. Philem. 48. ἀπὸ στόματος ἀπαντ', ἐὰν βούλησθε ἐρῶ.

Quamquam enim de iis versibus, quorum post pedem tertium terminatur quidem aliquod verbum, sed ita, ut apostropho adhibito syllaba ad quartae arsis sedem pertinens elidatur, alios¹⁾ longe aliter sensisse haud ignoro, tamen dubito an perite ac subtiliter iudicent, qui ex elisionis praesentia nulla sermonis contextus habita ratione ansam semiseptenariae statuendae quaeri velint; in hoc quidem versu, quia gravis pausa alteram ab altera dividit partem, nisi mediam stare non posse caesuram per enunciati sensem quis est quin concedat? Quid? nonne idem spectat ad

23. Philem. 125,² : μηδέποτε ἐρώτα τοῦτ', ἐπὰν γέροντες ἵδης et

24. Diph. 32,⁹ δέ ἐν δὲ μὴ πίθητ', ἐπεβαλον ζημίαν?

Hos igitur viginti quattuor trimetros, qui acute cernunt, nulla alia nisi media caesura affectos esse censemunt; atque numero quidem sane parco ad illud tantum demonstrandum valent, ut nec prorsus hanc caesuram poetas detrectasse neque ei propenso quodam animo se dedisse contendamus. Quae sententia ne minime quidem infringitur debilitaturque, si — id quod caesurae mediae ut mirum quantum solemnis ac venustae cupidi laudatores fecerunt^{1a)} — omnes ei versus, qui specie aliqua rationis huc referri possunt, per vim arcessuntur, trimetros dico ita scriptos, ut in tertii pedis fine cum elisione vel in ipsa voce vel in additis particulis ut τ', γ', δ', μ' σ', incisio fiat neque una sensus pausā intermittatur. cf. Phil. 61,²; 68,¹; 79,¹⁶; 88,¹⁰; 100,¹; 120,²; 124,¹; 147,¹.

- Diph. 43,^{ss}. 88,² (80,² spurius est).

Id autem quam rationem habeat apertum est, nam semiseptenariae tribuendos esse hos versus cum Alberto Schmidt²⁾ consentio.

2. De structura pedum incisorum.

Artissime nimirm cum caesura cohaeret pedum incisorum structura, imprimis quae quibusque conditionibus solutiones sint adhibitae. Atque in universum praemitti liceat comicos

¹) Schmidt l. l. p. 7 sq.

^{1a)} Preuss: De senarii Graeci caesuris, Regimontii 1859. ²⁾ ib. p. 32 sq.

poetas, ut primo obtutu cognoscas, multum ab Aeschyli Sophoclisque abstinentia recessisse. Etenim cum hi — nam quas leges Aeschylum servasse vir doctissimus Oberdick¹⁾ accurate luculenterque disseruit, eaedem fere Sophoclis sunt (excepto Philoctete) —

1. tertii et quarti tantum pedis thesi²⁾ idque non nisi caesura praesente formam bisyllabam legitime concedi velint,
2. sparsim primum pedem dissolvant,
3. reliquos meros componant,
4. fere solum tribrachyn³⁾ admittant, denique
5. quod ad syllabas attinet, quibus solutio effici potest, severissimas leges sibi imponant, nostri longe aliam normam sunt secuti; nam ut a primariae caesurae loco ordinar, pes tertius apud eos non raro tribus compleetur syllabis, cum ex 900 trimetris 136 solutae existent, quarum solutionum plurimae (121) in thesin, paucae (15) in arsin cadunt. Non respuunt igitur comicci anapaestum, cui tragicos locum non dedit esse supra vidimus. Atque ex thesibus illis plurimus quidem numerus, non vero omnes, quod lex postulaverat, post caesuram sunt bisyllabae (103), duodeviginti autem quae restant theses nulla antecedente incisione invenimus solutas.

Verum neuter eorum ad eam licentiam progressus est, ut procelesmaticum, qui vocatur, sibi indulgeret. Iam singula exponamus atque primum quidem eos versus, quorum arsis constituitur binis syllabis percenseamus: Legitur

1. Phil. 16,₁ (Kock)
βασιλισσ' ἔστι Βαβυλῶνος, ἀν οὐτω τύχη.
Si ab hoc versu novam sententiam incipere statuimus neque potius ignobili aliquo atque remoto oppido amicae nominato militem etiam Babylonis regnum pollicentem fluxisse poeta existimatur, pro *βασιλισσαῖς* ḥ libri A levissimam mutationem *βασιλισσ'* ḥ Bentlii vel quod editor recepit probari necesse est, ex re metrica certe nec verbis traditis quicquam obstarre eluet. Videmus autem pedem tertium nomine proprie expletum, cuius post exitum versus semiseptenaria inciditur.
2. Phil. 51. *τὸ κανοῦν δὲ παῖς περίεισι τηγάλλως ἔχων* simili modo atque in priore versu tertius pes cum quarta arsi voce quadrisyllaba conficitur. item:
3. — 12,₁ γνυμῷ φυλακὴν ἐπίταττε, καὶ διὰ τριῶν,
4. — 88,₃ τὸν γὰρ βίον περιεργον εἰς τὰ πάντα ἔχων
5. — 95,₆ ἐλευθέρους ἐποίησε πάντας τῇ φύσει, sed totus locus, unde petitus est, corruptelae atque additamenti quidem recentioris suspicionem movet,
6. — 149,₁ δόσαι τέχναι γεγόναστι, ταίτας, ὡς λάχης
7. Diph. 32,₁₁ τῷ δημιώ παρέδωκαν αἰτόν. *Ηράκλεις*
8. — 43,₂₈ ἀπὸ συμβολῶν συνάγοντα νὴ Λί¹ ἐπερά που
9. — 14,₁ ὁργίζεται; παράσιτος δὲ ὁργίζεται; huic trimetro soli etiam ab caesura difficultas oritur, nisi forte ḥ a nomie suo diiungi leve putas.
10. — 91,₁ ἦν οὐδὲ δὲ πατήρ ἐφίλησεν οὐδεπάποτε.
- Aliter res se habet in
11. Phil. 64,₈ *τερ' ἡμιωβόλι' ἔστι. χαλκοῦ Θερμὸν ḥν*, cuius post arsin solutam vox terminatur, ut incisio quaedam fiat; quamquam et hoc exemplum cum iis, quae antecedunt, ita congruit, ut verba *ἡμιωβόλι'* et *ἔστι* cum elisione tum enclisi in unum quasi confluant, quo facto hic versus aequa atque illi semiseptenaria caeditur atque omni fere offensione purgatur.
12. Phil. 73,₇ *τι οὖν ποεῖς πλέον; Α οὐδέν. ἡ λύπη δέχει.* Haec scriptura non minus quam libri A verba: *τι οὖν ποεῖς πλέον; οὐδέν. ἡ λύπη σ' ἔχει* rhythmi leges ea re violat, quod post bisyllabam arsin et enunciati finis et caesura est, ut solutio numeri defluxum accelerans et caesura retardans contra pugnant,

) Kritische Studien etc. I. Bändchen, Münster 1884 p. 35 sq.

) Thesin dico et hic et per totum libellum eam pedis partem, quae ictum fert.

) Errat igitur Schmidt l. l. p. 47.

Ad hoc vitium tollendum Brunckius ad conjecturam confugit: *τι οὖν πλέον σοιγ;* extinxit autem *πονεῖς* ut interpretantis cuiusdam supplementum; non male, at rectius fortasse *πλέον* eiicitur et quia toto loco de aegritudine dicitur *πονεῖς* in *πονεῖς* mutatur:

τι οὖν πονεῖς σύγ; οὐδέν. ἡ λύπη δέξει.

13. Phil. 237. *βεβαιοτέραν ἔχε τὴν φιλίαν πρός τὸν γονεῖς*, cui iam ea de causa non multum tribuimus, quod de auctore libri dissentunt.
14. Diph. 32,10 *ἔταν δὲ μηδ' ὄτιον ἔχων ζῆ πολυτελῶς* cf. pg. 3 et 7.
15. — — 66,7 *ῶς φησιν οὐ διὰ τοῦτο γ' ἀλλ' ἐστιγμένος*, ubi praepositio et nomen artius inter se coniuncta sunt et caesuram post se habent.

Haec igitur exempla examinanti sane eam licentiae subesse rationem apparebit, ut arsin bisyllabam fieri liceat, si tertio pede et sequenti syllaba una voce (seu duabus pronunciatione coalescentibus) completis semiseptenaria caesura versus caeditur. Qui obsistunt trimetri rarissimi aut excusationis participes sunt aut corruptela maculati aut incerti autoris esse videntur.

Iam transeamus ad tertii pedis thesin. Duodevicies tantum ex binis syllabis constat tertia thesis non dirempta ab arsi eiusdem pedis caesura semiquinaria. Qui numerus etsi non ita magnus, quam longe a tragicorum severitate versuum pangendorum comici absint, satis ostendit quoniam huius rei apud Aeschylum unum exemplum invenitur: Eum. 485 cf. Oberdick.¹⁾

Sed nostrorum loci tam inter se sunt similia, ut, cur sit factum, statim perspiciat; ubique enim trimetri semiseptenaria in duos rhythmicos ordines dissecantur, quorum prior in vocem aliquam longiore exit.


Nunquam autem, id quod praedicandum est, huic thesi bisyllaba forma tribuitur, cum medio in versu incisione metrica pausa fit.



Solutionum autem thesis absque caesura adhibitarum exempla sunt haec:

1. Phil. 11,3 <i>μηδέποτε . . .</i>	8. Diph. 43,11 <i>πη δάλια</i>
2. — 28,7 <i>ἐπέτυχον.</i>	8. Diph. 43,11 <i>πη δάλια ν,</i>
3. — 59 <i>θοῖμάτιον</i>	9. — 43,84 <i>ἐν ἐβαλον, νν</i>
4. — 98,5 <i>δψάρια,</i>	10. — 46,4 <i>δω δέκατονν,</i>
5. — 120,4 <i>ἔφοδια</i>	11. — 43,9 <i>τοῦμπόριον;</i>
6. Diph. 14,1 <i>αντόματα</i>	12. — 61,5 <i>φερόμενος.</i>
7. — 18,2 <i>παιδάριον,</i>	13. — 66,11 <i>τάργυριον ..</i>
	14. — 80,3 <i>δὸνόματα.</i> quadrisyllaba

Quae omnia eo inter se congruunt, quod 14. — 80,3 *δὸνόματα.* quadrisyllaba excipiuntur.

15. Phil. 72,5 *αἰσθησόμενον*
16. Diph. 19,2 *ἐκπομάτιον,*
17. — — 99,1 *ἀνοητότατον*, in quibus longior vox inde ab altera thesi, et
18. Diph. 60,3 *ταλαιπωρότερον*, ubi ab altera arsi usque ad semiseptenariae locum pertinet; syllabae igitur tertio pede integro thesis solutae munere functae semper mediae partes eiusdem vocis sunt, quod (excepto primo pede) tragicci severe vitant.²⁾

Neque adeo rhythmī praecēta neglegunt, ut has syllabas inter binas voces distribuerent audeant hunc in modum: 

Atque haec quidem de utroque rariorū solutionū genere; nunc veniamus ad trimetros — numero amplius centum — quorum thesin solutam caesura semiquinaria seu sola seu coniuncta cum semiseptenaria antecedens omni offensione purgat. Etenim si caesura intercedente metricum corpus in duo quasi membra rhythrica distrahitur atque ab eius loco altera senarii periodus inchoat, ibi easdem fere leges valere, quae initio versus trochaici pro  saepissime  fieri sinunt,³⁾ consentaneum est. Quam ob rem et primus quisque et incisi pedes maxime solutis arsibus sunt affecti: Iam, cui

¹⁾ I. l. p. 36 ann. 1. ²⁾ Christ Metrik p. 324 Ann. 6. ³⁾ Christ M. p. 324,.

rationi duo hi poetae se adstrinxerint in legitima hac solutione usurpanda, accuratius disseratur. Atque quanta licentia trimetros iambicos a comicis fictos et supra vidimus et per reliquum hunc libellum videbimus, illa lege supersedere non ausi sunt, necesse esse solutae thesis (tertiae) syllabas ab una voce vel duabus pronunciatione in unam coalescentibus occupari, cuius legis v. d. Oberdick¹⁾ quamquam ipsa eum non fugit, causam sat perspicuam definire omisit. Neque enim quaelibet duarum brevium syllabarum coniunctio apta est, quae unius longae locum obtineat, sed eae tantum, in quibus pronunciationis aequum atque in una longa tempus consumitur; unde sequitur, ut syllabae aliqua elocutionis pausa intercedente distentae omnino sint ab hoc munere avocandae. Quam legem nimirum etiam apud Philemonem Diphilumque ita vigere monendum est, ut inter 104 arses bisyllabas 78 in unam eandemque vocem cadant, quorum exempla, quia nihil commemorabile inest, ad verbum recitare opus non est, praesertim cum de re ipsa in quarti pedis descriptione copiosius agatur; at numeros fortasse desideres, quare in quos equidem occurri afferre non omitto:

Phil. frg. 11,₂; 11,₆; 17,₁; 32,₁; 34,₁; 41,₂; 42,₁; 60,₂; 60,₄; 71,₁; 73,₃; 76,₃; 79,₄; 79,₁₂; 84,₂; 88,₄; 88,₁₂; 89,₃; 89,₈; 90,₅; 92,₁₀; 94,₂; 95,₄; 99,₈; 101,₅; 101,₆; 108,₁; 108,₅; 114,₂; 116,₈; 124,₂; 134,₃; 136,₁; 140,₃; 142,₂; 143,₁; 147,₂; 153,₁; 172,₂; 178,₁; 184,₁; 186,₁; 193,₂; 196; 201; 207; 233,₂; 246,₂; 246,₁₁;

Phil. ὁ νεώτ. 1,₈. Diph. 3,₂; 3,₄; 4,₃; 5,₂; 30,₂; 32,₂₂; 33,₆; 34,₂; 43,₂; 43,₄; 43,₁₆; 43,₂₀; 43,₈₉; 44,₈; 48,₂; 54,₂; 66,₈; 66,₁₃; 68; 80,₁; 84,₂; 86,₃; 87,₁; 88,₈; 100,₂; 104,₂; 107,₁; 115.

Contra hanc legem non peccant quidem, sed peccare videntur 18 trimetri, quorum post tertiam arsin sequuntur in

1) Phil. 180, ₁	<i>τὸ γένος</i>	90, ₆	<i>τὸ κακὸν</i>
208	<i>τὸ θέρος</i>	90, ₇	<i>ὁ βίος</i>
149, ₂	<i>ὁ χρόνος</i>	170, ₁	<i>ὁ τρόπος</i>
234, ₂	<i>τὰ κακὰ</i>		
Diph. 33, ₇	<i>ὁ Πειάμπος</i>	66, ₃	<i>τὸ γένος</i>
<hr/>			
2) Phil. 10, ₅	<i>παρ' ἐτέρουν</i>	129, ₃	<i>κατ' ἵδιαν</i>
Diph.	<i>κατ' ἀγορὰν</i>	43, ₃	<i>ἐν ἀγαθοῖς</i>
43, ₄₀	<i>μετ' ἐτέρων</i>		
<hr/>			
3) Phil. 27	<i>τὸ δὲ κελεύειν</i>	74, ₂	<i>σὺ δέ γέμοι</i>
	<i>δὲ παρὼν</i>	91, ₉	<i>δὲ φέρεις</i>
4) Phil. 155, ₂	<i>ἵν', δταν</i>	145, ₂	

Quarum solutionum priores (sub 1 et 2) nihil suspecti praebent, cum articuli prae-positionumque voculae suis cum nominibus uno vocis tenore pronuncientur necesse sit, ut ne tragicorum quidem severitas hanc, si ita dici licet, licentiam plane perhorruerit²⁾ Similiter iudicandi sunt quattuor qui subsequuntur loci (sub 3), quoniam δὲ particula leni inclinatione antecedentia excipiens omnem vocis summittendae necessitatem, ne dicam potestatem aufert. At nec sequenti loco sane aliqua inquinato duritia, cum inde ab δταν intercalatum enuntiatum ordiatur, omnis excusatio deest; nam quae per se separata incedunt apostrophi vi aliquanto propius recitanti concurrunt.

Sed ut tota haec tertii pedis semiquinaria incisi eiusque solutionum quaestio ad certum iam finem perducatur, neque illud parvi aestimandum est, quod comici hi duo poetae tantum abest ut legem illam tragicorum — pedem solutum tribrachyn fieri debere — servaverint, ut contrariae ratione de dedisse videantur, cum plus duplo [omnium] elevationum numero syllabis seu natura (53) seu positione (16) longis sit confectum; exempla autem sunt:

¹⁾ l. 1. p. 36. ²⁾ f. Oberdick p. 36 et C. Fr. Müller De pedibus solutis in dialogorum senariis Aeschyli, Sophoclis, Euripidis. Berol. 1861 pg. 24_s, 34_s, alibi.

Phil. 10,₅ (p.)¹⁾ 11,₂. 27; 32 (p). 11,₆ (p). 34; 41 (p). 60,₄. 71,₂. 73,₃ (p). 74,₂. 84,₂. 88,₁₂ (p); 89,₃. 89,₈ (p). 90,₅. 91,₉. 92,₁₀. 94,₂. 95,₄. 99,₃. 101,₅. 101,₆. 108,₅. 114,₂. 124,₂ (p). 129,₈. 134,₈. 136,₁ (p). 140,₄ (p). 142,₁. 143,₁. 145,₂. 153,₁; 172,₁ (p). 178,₁. 180,₁. 193,₂. 208. 246,₂. 246,₆. 246,₁₁.

Phil. ὄνεατ. 1,₈.

Diph. 3,₂. 4. 4,₃. 5,₂. 30,₂. 32,₁₆. 32,₂₂. 33,₆. 34,₂. 43,₂. 43,₃. 43,₄. 43,₂₀. [43,₂₉ (p) sed versus est corruptus]. 43,₄₀. 44,₃. 48,₂ (p). 54,₂. 66,₈. 66,₁₂. 68. 80,₁ (p). 84,₂. 86,₃ (p). 88,₃ (p). 107,₁. 115. Tribrachi schema exhibent (33):

Phil. 17,₁. 28,₅. 42,₁. 60,₂. 76,₈ (muta c. liq.) 79,₄. 79,₁₂. 88,₄. 90,₆. 90,₇. 108,₁. 116,₈. 117,₂. 142,₂. 147,₂. 149,₂ (m. c. l.) 155,₂. 170,₁. 184,₁. 186,₁ (m. c. l.) 196. 201. 207. 232,₂. 234,₂.

Diph. 32,₂₇. 33,₇. 43,₁₆. 43,₁₉. 66,₃. 74,₆. 100,₂. 104,₂.

Restat, ut paucis describatur tertii pedis structura, cum trimeter post priorem tri-podium (caesura media) incisus in duo comparia membra dissecatur. Quanta eiusmodi versus florent similitate! cf. pg. 6.

Namque non soluti, sed mere iambici vel spondaici pedes soli²⁾ inveniuntur, quod minime casu factum arbitror.

Solutiones enim et arsis et imprimis thesis numeri cursum accelerant et vocis remissioni obsistunt, ut si admitterentur, huius caesurae natura ac vis plane tolleretur. Quare facere cum iis non possum, qui ut Albertus Schmidt³⁾ dactylicam structuram ad hanc caesuram quadrare putant, immo eiusmodi versus — numero rarissimos, ut ipse v. d. dicit — equidem utpote rhythmi leges gravius offendentes inquinatorum numero adscribere non haesito.

Quartus senarii pes, cuius structurae describendae iam operam demus, paulo minore solutionum numero affectus est; inveniuntur enim 117, quae aequa atque in tertio pede partim thesis (84), partim arsis sedem (33) obtinent, ut hic anapaestum aliquanto minus repudiatum esse eluceat.

Quod quomodo quibusque finibus sit factum ut perspiciamus, iam exempla ipsa afferre non alienum a re mihi videor esse.

1. Phil. 4, ₁₀ ἔσπατηθῆς	8. Phil. 106, ₂ μανία	14. Phil. 188 ἄχνρα
2. — 9, ₁ ἐγκεάτω	9. — 114, ₁ κοχλίας,	15. — 198 εἰς μετάνοιαν
3. — 41, ₅ ὁγαθὴν	cf. pg. 4.	16. — 237 φιλίαν
4. — 79, ₁₆ ἐδίωκον	10. — 114, ₈ ἐτερον	17. Diph. 17, ₃ τοῦμπνριον
5. — 88, ₉ κεφάλαιον	11. — 137, ₁ οὐδεμία	18. — 17, ₈ στόματα
6. — 101, ₁ Νιόβην	12. — 139, ₁ λιθίγον	nisi forte positionem m.
7. — 102, ₆ ἀκούονσιν	13. — 173, ₂ αἰσθόμενος	c. l. spennens tribrachum praefers.
19. Diph. 17, ₈ μεγάλην	25. Diph. 98, ₂ κολοκύντην	30. Phil. 246, ₁ ἀπὸ τοῦ
20. — 17, ₁₀ μνοίνην	26. Phil. 61, ₂ ἐπὶ τοῦ	31. Diph. 14, ₃ Δία τοῖς
21. — 33, ₂ δεκάτην	27. — 64, ₂ μετὰ ταῦτα	32. — 73, ₁ ἐπὶ τούτοις
22. Phil. 43, ₁₂ ἵνεραντλος	28. — 225, ₂ δύναμις ἐνρεῖν	33. — 94, ₁ διὰ παντός
23. — 66, ₁ ἵκθυνοπώλα	29. — 228, ₂ βίον ἐξέταζεν	
24. — 73, ₂ υπόθεσεν		

Longe plurimos horum versuum (19) ita pactos vides, ut tertio pede legitime inciso aut huius thesis et totus quartus una voce compleantur aut longa syllaba plus minusve cum sequentibus cohaerens et vox per quartum quidem pertinens subsequantur; his simillimi

¹⁾ p-littera adscripta positione longam syllabam significat.

²⁾ Phil. 32,₁₀, qui anapaesti formam ostendit, non adversari huic rationi concedet, si volubilem i-litterae naturam respexeris, quae efficit, ut ἐπιστῆν quasi bisyllabum audiatur.

³⁾ I. l. p. 9 ad Babrii fab. XXII v. 5 at in eodem libello pg. 17 ratiocinans tales versus a dialogi partibus excludit; apud tragicos quidem unum tantum exemplum reprehenditur: Aesch. Pers. 403.

sunt 4, 5, 9, 21, 23 quorum post tertium absolutum caesura facta a voce trium aut plurium syllabarum excipitur. Ubi vero (26—33) ad quartum conficiendum [duae voces adhibentur, bisyllabae arsis sedes tenet praepositio,¹⁾] ut propter artam eius ad nomen inclinationem nihil excusationis desideres. Fit autem maximam partem (quinquies: 25, 26, 27, 31, 32) tum cum oratione medio in versu subsistente gravior pauca oritur, quod fieri posse et re vera factum esse nobis minus mirum videtur quam quod non saepius factum est. Huius autem rei, si certo ciudam consilio nec [casui] debetur, nulla alia causa praesto est, nisi nimium fere pro comico utrumque fuisse in tertii quartisque pedibus mere componendis.

Atque hoc quam iuste dictum sit, etiam aliud ostendit. Theses enim in hoc pede absente semiseptenaria novem tantum solatae exstant atque haec quidem:

1. Phil. 2,3 διαφέρειν	5. Diph. 32, ἐπέβαλον
2. — 43,8 τὸν πατέρα	6. — 43,26 μειράκιον
3. — 97,6 μυριάδας	7. — 49 ψωμοκόλαφον
4. — 137,2 ταῦτόματον	8. — 87,3 περιπατῶν
	9. — 87,4 θερμοκυνάμους

Denique, ut quartae thesis solatae natura prorsus cognoscatur resque, de qua agitur, ad finem iam perveniat, reliqua exempla adscribi liceat. Post arsim quartam brevi plerumque syllaba confectam sequitur:

a.

1. Phil. 2,2 ἐδεήθη . . .	24. — 120,4 πιριποιώμενοι	46. — 43,15 διαλογίζεται
2. — 4,16 ἀλλοτρίαν	25. — 124,1 ἀκολουθεῖν	47. — 43,16 ἐπιβάλλει
3. — 7,1 ἐπὶ	26. — 125,3 δὲ	48. — 43,19 ἔντι
4. — 7,3 ἀκολουθῶν	27. — 127,3 ἐπὶ	49. — 43,37 ἐπερρα
5. — 10,2 μετὰ	28. — 128,3 ἐπὶ . . .	50. — 44,4 ἀπὸ
6. — 34,1 κατεύθυνην	29. — 131,1 ἐπιεικῶς	51. — 48,1 ἐπὶ
7. — 57,2 διατελεῖ	30. — 131,3 δια	52. — 60,10 ὅμοιογονύμενα
8. — 69,2 ἀποθανούμενα	31. — 132,3 καπόν	53. — 60,11 διότι
9. — 79,10 ὅπόταν	32. — 134,1 ὑγιαίνειν	54. — 63 δυσάρεστον
10. — 79,11 περιτρέχει	33. — 146,1 ἴματιον	55. — 64,3 ἐπὶ
11. — 79,21 ἐγένονται	34. — 228,3 ἀδικίας	56. — 66,5 ὑπερηκοντικῶς
12. — 85,3 ἐπιπεῖν	35. — 229,1 διαπεπραγμένῳ	57. — 66,6 ἵεραν
13. — 88,1 παρέχειν	36. Phil. ὄνειτ.	58. — 69,1 ἀγαθοῦ
14. — 91,1 πεποιηκώς	2,4 ἀπὸ θνήσκειν	59. — 74,3 ἀπογαλακτεῖ
15. — 93,2 περὶ	37. Diph. 18,1 ὅπὸν	60. — 79,1 ἐπιδορπίζομαι
16. — 94,6 διατηρεῖ	38. — 18,3 πιέσω	61. — 83,3 ἐπὶ
17. — 95,1 ἐγενήθη	39. — 18,4 περιοισθήσεται	62. — 84,1 διακύψας, si
18. — 95,8 κατεδονλώσατο	40. — 32,3 ἀνακρίνειν	quidem verba tradita recte
19. — 98,1 ἐλελήθειν	41. — 92,9 ἐπέβαλον	disposita sunt.
20. — 103,2 ὑπὸ	42. — 32,11 ὑπὸ	63. — 88,4 ἀναπαύσας
21. — 104,1 μεθύσων	43. — 32,21 λάχανα	64. — 92,1 διαπεπραγμένῳ
22. — 105,2 ἐπιμελῶς	44. — 32,26 πετομένῃν	65. — 94,1 δταν
23. — 106,4 δια	45. — 33,3 καταθεῖς	66. Phil. 161,

cum cobet. Mnem. nov. II 443 scribendum puto: ἀ καλῶς ὅταν φέρῃ τις ἀγαθὰ γίνεται

b.

67. Phil. 31,4 ὁ βασιλεὺς	72. Phil. ὁ νεώτ. 1,4. δσ' ἄν
68. — 90,10 παρ' ἑαυτῷ	73. Diph. 23 ὁ Χαρίον
69. — 97,5 τὸν Ομηρον	74. — 54,1 ὁ δὲ
70. — 140,3 ὁ δέδωκας	75. — 107,1 τρέπεται
71. — 193,1 ὁ πολὺς	

¹⁾ exceptis 27, 28, 30.

Illa quidem tot exempla, quae sub a-littera collecta sunt, satis, opinor, comprobant cum diligenti atque anxia quadam cura, ut hic quoque solutionis syllabae unius vocis initium sint, poetas studuisse.

Nam etiam ex novem sub b positis locis, qui contra pugnant, sex propter articuli vel praepositionis naturam nihil aures nostras offendunt, tres autem, qui restant soli sine defensore¹⁾ aut comicæ musae condonandi sunt aut a poetis avocari debent.

Pedum autem non incisorum structuram, quia nihil ad rem propositam attinet, silentio praeteriens illud tantum moneo, omnium saepissime atque plurimis maximisque licentiasolutum esse pedem primum (221), secundum deinde numero solutionum paulo praestare tertio (168), quintum denique prorsus fere huic licentiae denegatum esse, cum sexagies tantum ea utantur.

Neque adeo, quatenus compluribus solutionibus una in singulis trimetris usi sint, nostram quaestioneum adiuvat, attamen ne hac quidem re omnino omissa rationem constituemus, qua, quid poetae spectaverint, satis illustrabitur: Solvuntur simul

- | | |
|--|------|
| 1) pes primus et secundus Phil. frgm. 61, ₁ . 71, ₆ . 79, ₁₅ . 81. 114, ₄ . 119, ₃ .
144, ₁ . 160, ₃ . 170, ₂ . 171, ₂ . Diph. 4, ₁ . 43, ₃₃ . 43, ₃₁ . 64, ₄ . 90, ₁ . . . = | 16. |
| 2) primus et tertius: Phil. 16, ₁ . 27. 51. 60, ₁ . 71, ₂ . 84. 88, ₄ . 98, ₅ . 99, ₃ .
104, ₅ . 108, ₁ . 108, ₅ . 142, ₁ . 184, ₁ . 186, ₁ . 196. Diph. 5, ₂ . 19, ₁ . 32, ₃₃ . 32, ₁₁ .
33, ₆ . 43, ₃₃ . 48, ₂ . 66, ₃ . 66, ₁₈ . 84. 104, ₃ = | 27. |
| 3) primus et quartus Phil. 2, ₂ . 41, ₄ . 57, ₂ . 79, ₁₁ . 90, ₁₆ . 131, ₁ . 137, ₃ .
Diph. 14, ₃ . 17, ₈ . 48, ₁ . 87, ₃ . 87, ₈ . 88, ₄ . 94, ₃ . 94, ₃ = | 15. |
| 4) pr. et quintus Phil. 26. 76, ₄ . 85, ₁ . 93, ₉ . 100, ₁ . 160, ₁ . 164, ₁ . Diph. 17, ₁₃ .
43, ₄₁ . 69, ₁ . 73, ₁₀ . 83, ₁ . 105, ₄ = | 13. |
| 5) secundus et tertius Ph. 10, ₅ . 11, ₂ . 12, ₁ . 76, ₂ . 90, ₃ . 90, ₇ . 94, ₃ . 134, ₃ . 155, ₃ .
172, ₁ . 201. Diph. 4, ₂ . 14, ₁ . 30, ₂ . 43, ₉ . 80, ₁ . 88, ₈ . 91, ₁ . 99, ₁ . 107, ₁ . 115, ₁ = | 21. |
| 6) sec. et quartus Phil. 30, ₄ . 42, ₂ . 79, ₁₀ . 88, ₉ . 98, ₁ . 101, ₃ . 106, ₂ . 98.
Ph. ὄν 4. Diph. 17, ₆ . 43, ₃₃ . 63. 83, ₂ = | 13. |
| 7) sec. et quintus Phil. 4, ₈ . 47, ₂ . 74, ₃ . 76, ₁ . 89, ₁₀ . 91, ₆ . 95, ₇ . 99, ₂ . Diph.
43, ₁₀ . 43, ₁₉ . 43, ₈₄ . 55, ₄ . 64, ₁ . 93, ₂ = | 14. |
| 8) tertius et quartus Phil. 34. 88, ₁₁ . 120, ₄ . 234, ₂ et Diph. 43, ₁₆ = | 5. |
| 9) tert. et quint. Phil. 153, ₁ . Diph. 3, ₈ . 32, ₁₆ . 43, ₄ . 66, ₁₁ = | 5. |
| 10) quart. et quint. Diph. 32, ₂₁ . 43, ₁₂ = | 2. |
| | 131. |
| 11) primus et secundus et tertius Phil. 143, ₁ . 193, ₂ . Diph. 14, ₂ . 44, ₂ . 75, ₂ = | 5 |
| 12) prim. et sec. et quart. Diph. 17, ₁₀ . 107, ₂ = | 2 |
| 13) prim. et sec. et quint. Diph. 66, ₁₀ = | 1 |
| 14) prim. et tert. et quart. Diph. 18, ₁ = | 1 |
| 15) prim. et tert. et quint. Ph. 79, ₄ . Diph. 43, ₃₃ = | 2 |
| 16) prim. et quart. et quint. Ph. 79, ₁₆ . Diph. 33, ₈ = | 2 |
| 17) sec. et tert. et quart. Ph. 124, ₂ . 237 = | 2 |
| 18) sec. et tert. et quint. Ph. 149, ₂ = | 1 |
| 19) tert. et quart. et quint. = | 0 |

Ex Menandri fragmentis, ad quae examinanda iam transeatur, par fere numerus (880) comparationis causa secundum editionem Meinekianam²⁾) perlustrabatur. Quamquam enim incertarum fabularum reliquias, easdem omnes perscrutatus, non raro Menandreum colorem prae se ferre cum editore sensi, tamen seu propter brevitatem locorum seu propter pravitatem librorum, nonnunquam etiam ob parum accuratam rationem poetarum verba citandi veteribus adamatam, incauti atque temerarii iudicis esse tam infida mole confisum leges componere

¹⁾ dico 70, 72, 75.

⁷) Fragmenta comicorum graecorum coll. et disp. Augustus Meineke, Berol. MDCCCXLI vol. IV.

atque ipsius Menandi nomine foras emittere non minus mihi persuasum est. Hac igitur sententia — sive vera sive falsa est, certe malum malo cumulari non patitur — perductus ab omnibus incertarum fabularum reliquiis recedendum existimabam praeter paucas illas longioris ambitus, quas Meineke inde ab altera usque ad tertium decimum fragmentum collegit. Ex his, quae enucleari potuerunt, haec sunt.

1. de caesuris.

Primo loco monendum est illam legem ea, qua pars est, severitate observari, ne ullus omnino versus careat incisione rhythmica. Nam undecim tantum versus caesura neglecta leguntur, quorum etsi non aliqua pars manuscriptorum iniquitati deberetur causa defendens facile intellegitur. Ubique enim longior aliqua vox metri angustiis male se accommodans, ut contra praeceptum peccaretur, efficit. Confer quaeso:

1. Αρρηφόρος ἡ Αἰλιτρεῖς 1,5. Πέραινε — σωθείης δὲ νῦν · ἀληθινόν, quod editoris non poetae peccatum esse apparet; neque ipse Meineke ista versus specie adeo gavisus annotat: „νῦν Iacobsius fortasse rectius cum sequentibus iunxit“; sane probandum, nisi forte verborum ordinem mutari praestat: πέραινε. νῦν δὲ | σωθ..
2. Αημιονέγρος 1,1: Τι τοῦτο, παῖ; διακονικῶς γάρ νὴ Λία
3. ib. 1,8: τὴν νύκτα τὸ γεννητηκαμένον · καὶ νῦν ἔτι.
4. Κεκρυφάκος 2,1: μόνα, στεφάνοντος ἐποίασον, σπονδὰς ποίει, sed nisi graviorem corruptelam subesse iudicas, intercalandum putò post στεφάνοντος⁹ pro τε-vocula quae quidem [ΘΕ] ante sequentem litteram ε-facile scribentem effugere potuit. Quo facto semiquinariae illa vicaria forma oritur.
Pariter me quidem iudice subveniendum est:
5. Κόλαξ 3,3 ἔγγει. Θεοῖς Ὄλυμποις cui facile medemur, si Θεοῖς ut elisione ex Θεοῖσι ortam scribimus Θεοῖσ'. Non raro enim dativus pluralis horum nominum in ε-litteram exit. cf. ib. 3,4.
6. Fortasse et in Τροφώνιος 1,4 ἐνπροσφάντοις ἵχθυδοις τεθραψέναι scribendum est προσφάτοισ'.
7. Πλόκτον 1,11 λαβεῖν ἔμ', ἐκκαιδεκατάλαντον, ἀθεοί.
8. Τροφώνιος 1,11. κάνδανλον, ἐποβινητῶντα βρώματα.
9. Υποβολιμάτος ἡ ἄγροικος 12. ὡς μηδὲν ἀποκρινούμενώ δ' οὐτω λαβεῖν, qui versus e re metrica non minus prave incedit probata editoris conjectura τούτῳ (pro δ' οὐτω) i. e. εμοί.
10. fabulae incertae 3,14 τὴν πόλιν δληρ. οἱ βονλόμεροι ταύτην λαβεῖν, nam articuli vox cum nomine suo unum in membrum coalescens eo minus hic post se incisionem fieri patitur, quod gravis interpunctio antecedit.
11. fab. inc. 6,: γράφοντι τὸν Προμηθέα πρὸς ταῖς πέτραις, verum conicio ita scriptum esse: γράφοντι πέτραις τὸν Προμηθέα ποτε.

Comprobatis igitur iis, quae ad sanandos versus proposuimus restant tantum: 2, 3, 7, 8, 9, 10, quorum 7, 8, 9 ex longo vocis alicuius medio in versu positae ambitu excusationem habent.

Nec non alteram illam legem apud Menandrum in caesuris statuendis valere videas: ut principalis incisio rhythmica sit, quae ante tertiam thesim incidat; proximum vero neque ita inferiorem locum sibi autumat semiseptenaria, quod confirmatur hac, quam subesse invenimus, numerorum ratione: 466 : 355.

Qui numeri non ita paucos versus comprehendunt, quos facile caesurae mediae tribuas, nisi re bene distincta vera huius rei exempla ab iis, quae esse videntur, severe discernis. Etenim non media, sed hephilhemimeri caesi haberi debent ii versus, quorum incisus tertii pedis finis aliquo modo obtegitur sive apostropho sive monosyllaba voce. Omnibus autem his iure ab hoc loco seclusis 68 exempla caesurae mediae supersunt, quae enumerare nobis iam licet.¹⁾

¹⁾ Fortasse hic et alias locos ipsos pro numeris desideras; et doleo, quod difficultatibus necopinato in libro typis exscribendo coortis maximam partem orationis graecae extingue coactus sum.

- | | | | |
|----------------------------|------------------------------|----------------------------|--|
| 1. Ἀδελφοί 4, ₃ | 4. Ἀρρηφορέ. 3, ₁ | 7. Ἀρροδίσια 3 | 10. ibidem 4, ₁ |
| 2. — — 9, ₃ | 5. — — 3, ₂ | 8. Βοιωτία 1, ₃ | 11. — — 4, ₄ |
| 3. Ἀνδροί 2, ₁ | 6. — — 3, ₅ | 9. Γεωγός 1, ₂ | qua de causa huic
versui nulla apostrophi ratione habita mediae tribui velim supra expositum est. |

- | | | | |
|------------------------------|-------------------------------|----------------------------------|-----------------------------|
| 12. Λάρδανος 1 | 16. ibidem 4, ₂ | 20. Ἡνίοχος 5, ₂ | 24. Ιέρεια 2, ₅ |
| 13. Ανσκολος 2, ₁ | 17. Ἐμπιπραμ. 1, ₂ | 21. Θεοφορουμένη 2, ₃ | 25. — — 2, ₁ |
| 14. — — 2, ₃ | 18. Εὐνοῦχος 2, ₁ | 22. Ιέρεια 1, ₁ | 26. Ἰαβριοι 1, ₅ |
| 15. — — 2, ₁₂ | 19. Ἡνίοχος 1, ₅ | 23. — — 1, ₆ | sed Menandro |

adeo non politos versus quis est qui tribuat —, —, —¹⁾? Itaque versum etsi dubitanter dispono: σύμβονλος πάντ' ἔχει | δ λογισμῷ διαφέσων.

- | | | | |
|--|---------------------------------|----------------------------|------------------------------|
| 27. Καρχηδόνιος 3, ₂ | 28. Κιθαιριστής 1, ₂ | 29. ibidem 2, ₃ | 30. Κόλαξ 2, ₅ |
| 31. ibidem 6, ₁ οὐδεὶς ἐπλούτησεν ταχέως δίκαιος ὁν in hoc quoque versu verborum ordinem librariorum errore confusum esse confidentur dicimus, nam ταχέως a verbo suo, cui accuratius definiendo inservit, pauca atque ideo metrica incisione abscissum certe ad artem Menandream non quadrat; transponantur igitur: οὐδεὶς δίκαιος ὁν ἐπλούτησεν ταχέως. | | | |
| 32. Κωνειασμένοι 1, ₁ | 33. Κυβερνῆται 1, ₂ | 34. ibidem 2, ₆ | 35. Λευκάδια 2, ₂ |
| τὴν χεῖλα, κἄν μὴ φῆ, πονηρὰ βούλεται, an cuiquam dubium est, an versus huc afferri debeat, cum vox monosyllaba anteiens semiquinariae statuendae hancam quandam praebeat? Sed cum μὴ et φῆ voces sensu arcte cohaerent, tum tota versus structura, ubi incisionem fieri poeta voluerit, palam facit. | | | |

- | | | |
|--------------------------------|-------------------------------|---|
| 36. Μισόγυνος 1, ₁₁ | 37. Σενόλογος 1, ₂ | 38. Οεγη 1, ₈ τότε. ἀλλὰ νῦν· οὐδὲ χλανίδ' εἶχον· ἀλλὰ νῦν. at rectius fortasse hic tam iocosus versus inter non legitime incisos numeratur. |
|--------------------------------|-------------------------------|---|

- | | | | |
|--------------------------------|---|-----------------------------------|------------------------------|
| 39. Όμοπάτριοι 2, ₁ | 40. Παίδιον 1, ₁ | 41. Περικειρομένη 1, ₃ | 42. Περινθία 1, ₂ |
| 43. Πλόκιον 1, ₂ | 44. Πλόκιον 4, ₉ ὑπέρ γάρ ἐνὸς ἀλγῶν ἀπαντας νονθετῶ, ἀλγῶν recte Grotius pro ἀλέγων librorum. | | |

- | | | |
|--------------------------------|----------------------------------|----------------------------------|
| 45. Πλόκιον 6, ₁ | 48. Στρατιῶται 1, ₁ | 51. Τροφώνιος 1, ₁₀ |
| 46. — — 10 | 49. Συναριστῶσαι 3, ₂ | 52. Υδρία 2, ₂ |
| 47. Ραπιζομένη 8, ₁ | 50. ib. 4, ₂ | 53. Υποβολιμαῖος 2, ₂ |

- | | | |
|--|--|--|
| 54. Υποβολιμαῖος 2, ₅ πῦρ ταῦτα κάνειτον ἔτη βιῷς αἱ, ita versum a Porsono apud Gaisfordum ad Eurip. Suppl. p. 207 dispositum Meineke retinuit, sed cum Menander ante hanc caesuram non minus quam Philemo Diphilusque anapaestum respuerit (nam quinques tantum invenitur cf. 9,11, 39, 42, 57) cavendum est, ne aliena ei imputemus; quare pro librorum κάνειτον ἔτη transponendum videtur: πῦρ ταῦτα κάνει τη βιῷς ἔτη.. | | |
|--|--|--|

- | | | |
|--|----------------------------------|-----------------------------------|
| 55. Υποβολιμαῖος 2, ₁₀ | 56. Υποβολιμαῖος 3, ₄ | 57. Υπνοβολιμαῖος 9, ₂ |
| 58. Φιλάδελφοι 3, ₂ | 59. Χήρα 4, ₁ | 60. Ψευδηρακλῆς 1, ₄ |
| οὐκ ἔστι κανδύλους ποιεῖν, οὐδὲ οἷα σύ sed penthemimeris leni mutatione restituitur οὐκ ἔστι ποιεῖν κανδύλους, οὐδὲ οἷα σύ | | 61. Ψευδηρακλῆς 1, ₆ |
| | | 62. Ψευδηρακλῆς 1, ₇ . |

- | |
|--|
| 63.—68. Fabulae inc. 3, ₁₂ , 5, ₁₂ , 8, ₁ , 9, ₁ , 11, ₅ , 11, ₇ . |
|--|

Quae exempla quid nos docent? Tria sunt:

1. Menandrum secus ac Philemonem Diphilumque caesuram medium etsi non studio quadam affectaverit, attamen haudquaquam anxie fugisse atque evitasse,
2. Quamquam hac caesura adhibita pedem tertium purum (iambicum vel spondaicum) scripsit, tamen paucos anapaestos sibi indulsisse,
3. Versu ita in duo cola distracto alterius membra initium (pedem IV) quasi primi pedis licentiis anapaesti usu frequenti esse affectum.

²⁾ Christ Metrik § 383 pg. 328.

2. de pedum structura.

Progradientibus iam ad pedum structuram primo quidem loco de dissolutionum numeris verba facienda nobis sunt, qua quidem in re hunc poetam omnino fere cum illis congruere mirum non est. Solutiones enim exstant

in pedibus	I	II	III	IV	V
apud Phil. et Diph.	221	168	136	117	61
apud Menandrum	208	179	131	161	76

Quibus numeris comparatis graviorem discrepantiam non reprehenderis nisi in pede quarto. Itaque in hanc caesurae sedem iam inquirere liceat. Cum illi duo comici hanc aliquanto minus tertia sede dissolutam finixerint, apud Menandrum solutionum numerus multo praecedet, huius autem rei intellegendae inserviamus hac ratione: ex illis (161) solutionibus dimidia fere pars (67) in arsin, ut eis 94 bisyllabae theses respondeant, i. e. amplius dimidia parte omnium in elevationem cadant. Atque cum quartum pedem propter crebros anapaestos ad normam primi pedis accedere intellexerimus, sequitur, ut Menandro trimetris quodammodo in bina membra vel binas tripodias divisus delectatus sit. Id pede tertio accuratius comparato eo magis patebit. Nunc locos ipsos enumeremus arsis quartae solutae.

a.

1. Ἀνδρόγυνος	5,1	10. Ἰαβριοι	1,2	19. Παρακαταθήκη	4,3	28. Φευδηρακλῆς	1,15
2. Ἀνέψιοι	4,2	11. —	1,3	20. Πλόκιον	2,4	29. —	4,3
3. Βοιωτία	5	12. Κιθαριστῆς	1,10	21. —	4,2	30. Fab. inc.	2,8
4. Γεωργός	2,5	13. —	5,1	22. —	4,8	31. —	2,15
5. Λεισιδαιμων	3,1	14. Κνιδία	1,2	23. Τροφώνιος	1,8	32. —	3,6
6. —	4,6	15. —	2,2	24. Ὑδρία	1,2	33. —	3,10
7. Λίδηναι	1,2	16. Μέθη	1,8	25. Υποβολιμαῖος	2,6	34. —	3,14
8. Επαγγελλόμενος	2,2	17. —	1,10	26. Φιλάδελφοι	1,2	35. —	6,5
9. Ἡνίοχος	1,1	18. Ναύκληρος	1,7	27. Χαλκεῖα	3,2	36. —	7,4

b.

37. Ἄνδρια	2. καὶ τεττάρων φῶν μετὰ τοῦτο, φιλτάτη, similiter.	38. Ἀρεγφόδος	3,5
39. Βοιωτία	1,8	46. Κανηφόρος	1,2
40. Γεωργὸς	1,8	47. Κόλαξ	3,1
41. Λύσκολος	2,1	48. —	3,5
42. —	2,12	49. —	6,1
43. Εὐνοῦχος	2,1	50. —	6,8
44. Ἰέρεια	2,5	51. Κυβερῆται	2,6
45. Ιππόκομος	1,6	52. Μισογύνης	1,16
		53. Ναύκληρος	1,8
		54. Ὁργή	1,8
		55. Περινθία	1,2
		56. Στρατιῶται	1,1
		57. Συναριστῶσαι	3,2
		58. —	4,3
		59. Υποβολιμαῖος	2,15
		60. Fab. inc.	3,12
		61. —	5,12
		62. —	6,7
		63. —	11,7

c.

64. Μισούμενος 1,2 καὶ μετὰ Μενοίται | καὶ μετὰ Περδίκκα πάλιν
65. Fab. inc. 2,6 ἀποπόν τε πεποτηκ' | εἰ δὲ ποτὲ τοῖς αὐτοῖς νόμοις

d.

66. Ὁργή 1,5 καὶ παραλιτοῦμαι νὴ Αἴα | καὶ γενήσομαι
67. Τροφώνιος 1,8 οἶον τὰ νησιώτικα | ταντὶ ξενύδρια.

Et Menandro ut Philemoni Diphiloque praecipuum arsis quartae solutae genus id visum est, cuius exempla sub a-littera in unum collata saepissime hanc sedem ita solvi ostendunt, ut tertio pede semiquinaria inciso totus quartus et pars reliquae dipodiae una voce longiore (seu duabus inter se coniunctis ut 9) constet atque a solutione et vox et pes initium capiat. Vitiosae quidem, sed raro haec breves cadunt medium in vocem a tertia

thesi per totum quartum pedem et ultra eum extensam ac productam (cf. a 12, 14, 16, 23, 26, 29, 31, 32, 36). His autem addendus est v. 34, qui praeterea ex caesura laborat, qua quidem caret nisi articuli voculam a nomine suo per vim abscindis.

Simillimi illis sunt versus duo (sub c), qui non secundum hoc schema: | ⌈ ⌋ — —, sed illud: ⌈ ⌋ — — pacti incedunt.

Ab eo autem numero non ita abesse alterum genus (sub b), quod ita constituitur, ut altera series versus in medio incisi a bisyllaba arsi ordiatur, minime mirum est resipientibus tantam copiam trimetrorum a Menandro caesura media bipartito scriptorum. Ceterum et haec solutio plerumque initio longioris vocis fingitur, praeter septem singulis vocibus bisyllabis, magnam partem praepositionibus, compositas. Semel tantum (67) longior vox prava¹⁾ in duas breves syllabas ante semiseptenariam exit; huic denique adscriptus est unus versus, qui utraque legitima caesura praeditus quartam arsim bisyllabam exhibit (66).

Sed ut tota haec res absolvatur uno tenore, tertiae arsis Menandreae qualis sit natura nunc ipsum exponamus. Soluta autem est haec arsis

1. Ἀδελφοί	11,2 κατέστιε	10. Μισογύνης	1,11 συμπαρέμεινεν
2. Γεωργός	1,2 πεντάν	11. Ξενόλογος	2,2 τί ποτὲ ἔστιν
3. —	4,4 ἀπέδωχ	12. Ομοτάταιοι	2,1 νομίζομενοις
4. Λεισθαῖμων	2,3 τὸν ἴμάντα	13. Περινθια	1,2 ἔξαπατᾶ
5. —	2,4 σὺ δὲ	14. Πλόκιον	2, ἀργαλέα στήν,
6. Ἐπίκληρος	5,4 ἔξεσόβησε	15. Υποβολιμαῖος	2,8 νόμισόν τιν'
7. Ἰμβροις	1,5 διαφέρων ²⁾	16. —	9,2 ἀτνχεῖν ³⁾
8. Κεκρύφαλος	1,1 γνωτικονόμοις δὲ	17. Fab. inc.	3,8 καλόν εστιν
9. Κυβερνῆται	2,7 ὁδυνάτ'	18. —	10,1 θεράποντες

Atque quod ad rationem, quae inter solutam hanc arsim et caesuras attinet, maior trimetrorum pars cum Philemonis Diphilique norma consentiens ita constructa est, ut solutio cum semiseptenaria naturali quodam vinculo coniungatur; neque tamen alteram illam (apud Philemonem inusitatam) solutionis cum caesura media consociationem ita reformidavit, ut decem illius rei exemplis septem huius respondeant (cf. 1, 4, 6, 8, 10, 11, 14, 15, 17, 18 — 2, 3, 7²⁾, 9, 12, 13, 16). Deinde si ipsas solutionis syllabas respicimus, Menandrum eundem negligenter vel alii legi obnoxium fuisse contendendum est, siquidem lectionibus traditis aliquid tribuimns. Nam dimidia tantum pars versuum quam antea legitimam atque culpa vacuam intelleximus solutionis speciem prae se fert (1, 2, 3, 4, 9, 15—18); reliqua autem multitudo non initio vocis bisyllabo, sed aut media parte conficitur (6, 7, 8, 10, 12, 13, 14) aut duabus monosyllabis voculis aures nostras gravissime offendunt (5, 11); sed ne in eiusmodi rebus disquirendis verbis traditis magis quam cauto iudicio confidamus, iam illud monet, quod alteri (5) horum versuum etiam ex caesura inextricabilis difficultas oritur.

Progregendum iam est ad theses. Consentit autem Menandrei senarii quartus cum tertio pede mirum quantum ea in re, quod thesis bisyllaba semper fere caesuram seu legitimam seu vicariam subsequitur, ut solutae thesis tertio pede integro nec inciso undecim, quarto duodecim exstant: in pede III.

1. Ἀνατιθεμένη	1,2 ἀνδρειότατα	7. Οργή	4,2 λεπτότερον
2. Αημιονερός	1,1 διακονικῶς	8. Πλόκιον	1,11 ἐκκαιδεκατάλαντον
3. Ἰππόκομος	2, τριπόδια	9. Υποβολιμαῖος	2,5 ἐκατὸν ἔτη
4. Κεκρύφαλος	3,1 παιδάριον;	10. —	6,8 ταντό ματον
5. Μέθη	1,3 προβάτιον	11. Fab. inc.	5,18 ἐπιθετα
6. —	1,14 ἀπέθανεν		

²⁾ Christ Metrik § 382 pg. 327. ³⁾ v. iam supra spurium notavimus.

